



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

[Excommunicare.]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

EXCOMMUNICARE. 167

EVCHARISTIA.

*Vide Communio.*

EXCOMMUNICARE.

**S**uperiores Ordinum exemptorum,  
sunt proprij pastores Fratrum iure  
habentes in eos omnem iurisdictionem,  
qua exerceere possunt ubique,  
id est, etiam extra Monasterium,  
cum non habeant territorium; intra  
quod limitetur eorum potestas; hinc  
ubique possunt sedere pro tribuna-  
li, quamuis honestius facient, si in  
suis locis suam autoritatem exer-  
ceant. *tom. 2. q. 59. art. 1.*

Possunt Prælati Ordinis Minorum  
ferre sententiam excommunicationis,  
quando opus est, sine scriptis  
contra tenorem iuris, priuilegio  
*Leonis X.*

Circa quod *Constitutiones Tole-*  
*tanae Fratrum Minorum* statuunt,  
ne ferant sententiam excommu-  
nicationis sine scriptis, quando  
eam ferunt per modum statuti  
de cauendo aliquo peccato, aut  
actione suspecta, talis dicitur sen-  
tentia quæ fertur pro omnibus &c

L 4 ad

168 EXCOMMUNICARE.

ad seper, & censetur esse à iure ) sed quando ferunt tantum per modum præcepti ( quæ dicitur ab homine) possunt sine scriptis. art. 3.

Per constitutiones supradictas declaratur, non posse Guardianum excommunicare in tribus casibus, scilicet ad finem reuelationis in iudicio, pro desperditis aut substratis rebus, cum non habeat iurisdictionem quasi Episcopalem in his requisitam. art. 4.

Nullus Legatus ( nisi de Latere Sedis Apostolicæ missus vel delegatus, aut subdelegatus, auctoritate literarum Sedis præmissæ ) potest excommunicare, suspendere, vel interdicere Regulares, nisi literæ ipfæ plenam & expressam faciant mentionem de indulto exemptionis; multò minus id possunt Ordinarij. Quod item priuilegium habent Religiosi militares ut tales, & ut personæ singulares ipsarum militiarum professæ, non autem in quantum ciuitatum sunt Rectores, si perturbent Episcopalem iurisdictionem. art. 5.

Si priuilegium non sit Iudici no-

tum,

E.  
re) sed  
modum  
omine)  
adidas  
dianum  
casibus,  
s in in-  
stracis  
dictio-  
nis re-

Latere  
I dele-  
oritate  
potest  
e, vel  
litera  
faciant  
nptio-  
Ordi-  
m ha-  
les, &  
m mi-  
em in  
ctores,  
urisdic-  
ci no-  
tum,

EXCOMMUNICARE. 169

tum, neque priuilegiatus in longo libertatis tenore fuerit, tunc sententia excommunicationis contra eum lata tenet, nisi in priuilegio esset clausula irritans. Similiter, si allegat priuilegium non publicatum, neque Iudici notum, neque in longo libertatis tenore fuerit, & si Iudici petenti sibi ostendit illud priuilegium, non vult ostendere, nec clausulam continentem suam libertatem, tenebit excommunicatio, si contra eum feratur. art. 6.

Noluit *Nicolaus V.* Fratres ligari aliqua censura excommunicationis, suspensionis, aut interdicti, iuris vel hominis, nisi nominatim de ipsis Religiosis specialis fiat expressio, art. 7.

Duplex est excommunicatio, generalis, & specialis. Generalis rursus duplex, lata scilicet à iure, & lata ab homine. Lata à iure est, qua generaliter canon, constitutio aut statutum excommunicat eum qui illud, aut illud fecerit, aut non fecerit. Lata ab homine est, quam Index generaliter fert in illum, qui illud aut illud fecerit, aut non fece-

L 5 rit.

170      EPICHEIA.

rit. Inter quas hoc est discriminis;  
quod lata ab homine , moritur  
mortuo homine , vel ablato eo ab  
officio , quoad eos qui antè non in-  
currerint; at lata à iure minime. *to.*  
*2.q.60.art.1.*

Multæ sunt censuræ & excom-  
municationes , quæ in sacris Cano-  
nibus , Regularibus imponuntur.  
Verùm multæ earū iam non ligant;  
quia per contrariam consuetudi-  
nem , aut non vsum , aliisve modis  
sunt sublatæ. *art.2.*

EPICHEIA.

**E**PICHEIA est æquitas , seu iustitia  
dulcore misericordiæ tempera-  
ta,cuius officium,seu proprius actus  
est , in casibus specialibus discedere  
à verbis legis,seruata tamen eius in-  
tentione , pensatis omnibus circum-  
stantiis. *tom.2.q.46.art.2.*

Hæc virtus maximè necessaria  
est ad regimen Regularium,& tran-  
quillitatem Religiosorum , qui aliquando literales tantum existentes  
maximis scrupulis succumbunt ; ad  
cuius intelligentiam hæ Regulæ  
constituuntur.

C. Inter